Fragmentarium

NOMEN EIUS IOHANNEM

Deprecationem dicens exauditā. partum continuo promittit
uxoris; non quod ille qui pro populo oblaturus intrauerat.
Relictis uotis publicis pro accipiendis filiis orare potuerit
ꝟ reſertam; quia nemo orat qđ se accepturum desperat; Adeo autem
ille iam suae aetatis & infecundae coniugis memor nasci sibi filios
desperabat. ut nec angelo hoc promittenti crederet; sed quod dicit;
Exaudita est depcatio tua. pro populi redemptione significat ;
Quod uero adiungit. & uxor tua pariet tibi filium. eiusdem redēp
tionis ordinem pandit. qđ uidelic& natus zachariae filius redēpto
ri illius populi pconando iter sit facturus; Singularis aūt meriti
indicium. datur quoties hominibus a dō. Uel inponitur nomen
~~uel inponitur nomen~~ uel mutatur; sic abram quia pater multarū
gentium erat abraham est uocatur. Sic iacob quia dm̄ uidit isrl̄ appel
lari meruit; Sic iosias rex ob eximiae uirtutis culmen nominatur
a dō est multo antequam natus; Iohannes ergo interpretatur in quo est
gratia t dn̄i gratia quo nomine declaratur. primo parentibus eius
gratiā quibus decrepitis filius nasceretur ēē donatum; Deinde ipsi
Iohanni qui magnus coram dn̄o futurus & adhuc ex utero matris
spū sc̄i sit munere ditandus. Postremo & iam filiis isrl̄ quos ad dnm̄
dm̄ ipsorum erat conuersurus ET ERIT GAUDIUM TIBI ET
EXULTATIO. ET MULTI IN NATIUITATE EIUS GAUDEBUNT

Merito pater gaudet qđ talem in senecta natum. uel talis gratiae
acceperit filium. Gaudent & alii quibus in auditum ex tenus regni caelestis
Euangelizaturus ingressum. & notandum qđ nato pcursore multi
gaudent; Nato autem dn̄o adnuntiat angelus gaudiū magnū qđ erit
omni populo. Quia uidelic& hic salutem multis pdicare. Ille omnibus
qui uellent aduenit donare; ERIT ENIM MAGNUS CORAM DNO. ET UI
NUM. ET SICERAM NON BIBET. ET SPU SCO REPLEBITUR AD
HUC EX UTERO MATRIS SUAE.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_268_f126v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5274)